

R. P. D.
LUDOVICI

GOMES EPISC.

SARNENSIS, SACRI

Palatij Auditoris, Commenta-
rij in Iudiciales regulas
Cancellariae.

*Ioannis Millai, ac aliorum, Doctissimorum
virorum Adnotationibus illustrati.*

E I V S D E M ,

Vtriusque Signaturae Compendium.

Cum gemino Indice. num. 22. G. 5.

num. 29.



L V G D V N I .

Sumptibus Philir. Tinghi Florentini.

M. D. LXXV.

*ejusdem comp. de lege de salute
galleria*

PAVLO TERTIO, PONTIFICI

MAXIMO, ET IDEM QVE OPTIMO,

Ludouicu Gomes Episcopus Sar-

nensis Felicitatem.



Et o ipso die, quo me studiorū ardētior cu-
ra intefit, beatissime Pater, nihil magis prē
me tuli, neque ingenuo, ac studio viro di-
gnius existimau, quām otij sui, & studiorum
rationem optimis Principibus, sapientib[us]q[ue]
viris reddere. Hoc Aristoteles Alexandro, vterque, Plinius
Tito & Trajano, ac plēriq[ue] veterum magno & excellēti
viri ingenio, maioribus suis p[re]stiterunt. Gymnosophistæ
quoque, Indiæ sapientes, tantoperc otium detestabantur,
vt non modò iphi temporis rationem reddere, sed ab aliis
accipere cōsuerint: qui priusquā edulia mensis appone-
rentur, adolescentes, ex diversis officiis cōuenientes, inter-
rogare soliti erant, quid boni à Solis ortu, tūc usque didi-
cissent: quique nihil habebat respōdendum, impfansus for-
tas extrudebatur: p[er] certo habētes id quod erat, sicut vir-
tutis laborem, ita lecleris otium esse ministrum. Nihilque
agendo homines (quod Cato dictabat) ad malè agendum
instrui. Quibus ego exemplis admonitus, cūm Patauij, stu-
diorum causa agēs, aliquid fortè profecissim illud in pri-
mis laboriosum opus Martino Georgio Veneto, clarissi-
mo vndeque viro, cuius opera nō mediocrē Patauij lo-
cum saeram consecutus, dicandum duxi, & ibi nonnulla
conscripti, quorum aliqua proximis dīebus sub auspicio
Sacrissimi nominis tui in lucem prodiere. Nunc verò su-
perest, Beatissime Pater, vt eius quōque temporis, quo iā
per vndeicim annos in tuo Rot[er]e, Auditorio, veluti Dioge-
nes, dotium volui, computum tibi, & rationem reddam.
Quod quidē vt maturius à me fieret quæ nuper sum pol-
licitus, hæc qualiacunque Commentaria regularum Can-
cellariæ Apostolicæ, quib[us] orbis Christian[us] magna ex par-
te regitur, iure tibi i[n] larum conditori dedico, atque effero,
qui vnu[s] omnium Romanorum Pontificū etiam maiesta-
tem Sedis Apostolicæ, jamiam collabentem, optimis insi-
titutis, atque ornamenti illustratam honorati. Continente



R. P. D.

LUDOVICI GO- MES HISPANI, EPISCOPI

SARNEN. SACRI PALATII

APOSTOLICI AUDITORIS,

vtriusque signaturæ Referendarij, ac

sacræ Pœnitentiariz Apostolicæ

Regentis, super Regulas Can-

cellariz Apostolicz iudi-

ciales quæ in Libro

Rotæ inscriptæ

sunt, Com-

menta-

ria.

Titulus, sive Rubrica Regularum.

REGVLÆ, ORDINATIONES, & constitutiones Cancellariæ Apostolicæ.



N T E Q V A M particularēm, & indiuiduam
cuiuslibet regule interpretationēs attingamus,
oper ap̄ pretium erit, quedam in uniuersum, & per
transitum de intellectu, significatiōneque tituli
perfari. Nam veriores redduntur sermones nostri,
cum uniuersalione prius cogniti, ad particularia descendimus, ut
dicit Philosophus primo Physicorum, quem iurisconsulti multis lo-
co sunt imitati, ut in L. pri. ff. de iust. & iur. & in L. p. ff. li cert. pet.
et in g. his itaque instit. de iust. & iur. & aliis sepe. quem ordi-
nem, ut nos plenius imitentur, totū istum titulum sive rub. in s. ss
questiones distribuendum putamus: quarum summa hac erit.

A

Q V AE-

LUDOVICI GOMES IN REG.

oper. no. nūt, cum simil. Et quia ista iam in curia omnibus
practicis tritissima sunt, amplius non infuso,

COMPENDIV M PER QVAM BRE- ue viriisque signaturæ.



PESTREMO, quia regula ista de signatura iustitiae loquitur, opere præciū erit (cū fuerim, non præcedentibus meritis à sanctissimo Do-
mino nostro papa Paulo. 111. statim post ei⁹ promotionem vtriusque signaturæ gratiæ &
iustitiae creatus referendarius) quædam hic breuiter, quæ
alias successivo studio cumulaueram, ad dictam signatu-
ram iustitiae pertinentia, pro intellectu regulæ adnotare.

Ser. 1. Quæ licet pro certo habeam ea viris consummatissimis
meritis & leuia videri posse, nō tamē omnino inutilia erunt. Quia
casibus licitū videtur post multa serio dicta, labore fessis, media
junct. Itineris statione ridere, ac leuia loqui: quod in pectoribus
procuratores & experimur, qui postquam operi arduo mentem & (ut ita
magis dicam) cogitationem totam & phantasiam affixerunt: si
atque ope quādo trædio affecti, ab eo opere animi causa diuertant,
quæ q[uod]o non ad ardua illico, sed ad depingendas potius auer, vel
ramus. Ie alias res leues decurrūt, quibus animus tanta laboris in-
tentione defatigatus paululum leuetur. Erunt igitur hec
(si viris consummatis non placebūt) pro tytonibus, Re-
tendarij officium gerentibus, quibus aliquando prodesse
volui, scripta. Nam ut dicit Hostien. in c. l. verbi, pro
futura per illum tex. vt eccles. benefic. multa scribentes
excusabiles sunt. Qui licet proœctis non in omnibus fa-
tis faciant: nouitiis tamen prodesse possunt. Melius enim

Dicitur. est teste Galeno, doctos onerare scitis, quām iuniores
et seniores fraudare docendis. Quanquam etiam spero summis vi-
vibus eti⁹ docta, ac forte meliori lectione grauatis, hec leuia al-
iquando iucundiora fore. Nam stomachus lazieribus ci-
rros frœnis fastiditus s̄epe oluscula & pîscicullos appetit. Fato-
care do tamen ingenuè, vt ab ipsis temerariis iudiciis me libera-
cerem, s̄epe calatum continuisse, ne aliquid in hac mate-
ria signaturæ scriberem, cūm propter materię difficultatem, tum etiam propter stylī eiusdem signaturę fre-
quentem mutationem & varietatem, quæ adeo magna
est, vt quotidie nouas formas deponere videatur. Adeo
quod propter nova iura quæ in dies signatura depukt, di-
citur potest, Quod licet procurator vel aduocatus ex debito
conscientiæ